



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

LXXVIII. S. Vitalianvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

PONTIFICVM ROMANORVM.

93

Etus est in exilium, vbi & vitam in Christo finiuit 4. Idus Nouemb.
Ordinavit autem Episcopos 34. presbyteros 11. diacon. 5.

LXXVII.

S. EVGENIVS.

A.D.C.LII.

EVGENIVS, natione Romanus, ex patre Rufiniano, sedit annos
2. menses 9. dies 33. Hic ordinavit Episcopos 21. defunctus est
autem 4. non. Iunii.

LXXVIII.

S. VITALIANVS.

A.D.C.LV.

VITELLIANVS, natione Signensis Cāpaniē prouincię de patre
Anastasio, sedit annos 14. menses 6. Hic regulam Ecclesiasti-
cam atq; vigorem, vt mos erat, omnino conseruauit. Hic ordinavit
Episcopos 97. presbyteros 22. diaconum 1. Huius temporib. Con-
stantinus Augustus Romam venit, ibi q; omnia, quæ ad ciuitatis or-
natū suspenſa erant deponi fecit, & Ecclesiā S. Mariæ ad Martyres,
quæ de tegulis æreis erat teſta, discooperuit, & in regiā vrbem ipsas
tegulas cum aliis diuersis, quæ deponi fecerat, emisit. Scripsit autē
epistolam Paulo Cretenſi Archiepiscopo, in qua eū arguit, quia Io-
annem Episcopū Lampeon vrbis in custodiam duci fecit. Insuper
contra canonum iussa contra legum instituta, existens in custodia,
cogebatur, vt daret fideiſſores. Vnde omnia, quæ ipſe Archiepi-
scopus de iā p̄dicto Episcopō in Synodo egit, inania esse decreuit,
& Ecclesiam suam ei iudicio Synodi datis litteris reddi p̄cepit.
Defunctus est autem 8. Idus Februar.

LXXIX.

A D E O D A T V S.

A.DCLXIX.

AD E O D A T V S, natione Romanus, ex monachis, de patre Io-
uiniano, sedit annos 4. menses 2. dies 5. Hic ordinavit Episco-
pos 7. presbyteros 14. diaconos 2. Qui defunctus est 8. Idus Iunii.
Post eius verò trāſitum, & pluuiæ & tonitrua tanta fuerunt, quanta
prius fuſſe nemo eo in tempore viuens audierat. Vnde homines
& pecudes ex nimio iictu fulguris interierunt.

M 3

LXXX.